

POSITIONES MATHEMATICÆ, THEORETICO-PRACTICÆ EX UNIVERSA GEOMETRIA. (*Beuseck*)

GEOMETRIA EST SCIENTIA EXTENSORUM: recte igitur vocatur scientia terræ dimetiendæ, non superficiæ terrestris, ut plebei & hujus scientiæ ignari putant, sed triæ dimensionis, quæ in terra occurrit, vel secundum unam lineam, & LONGIMETRIA vocatur, vel secundum duas, & PLANIMETRIA dicitur, vel secundum tres lineas & STEREOOMETRIA adpellatur.

Geometriam tum ob alias, tum ob eam etiam causam discendam esse PLATO dixit, quod ejus cognitio maxime sit utilis, ut aliæ artes, & scientiæ facilius & rectius percipiantur.

Quare jam olim Academiæ foribus inscripta legebantur hæc verba: **NULLUS INTRET GEOMETRIÆ EXPERS**, quod Plato & veteres Philosophi omnino adhibendam Geometriam putarent, nec sine ea naturalem scientiam addisci posse arbitrarentur.

Probl. I. Lineam in campo ducere, eamque mensurare. *Probl. II.* Mensuram pro hac aliaque linea in lignis & lapidibus &c. reperta assignare tam vulgo, quam modo Mathematico. *Probl. III.* Mensuram tam vulgi, quam Mathematicorum formare in charta, qua datæ in terris, aut aëre corpore lineæ in charta debeant delineari. *Probl. IV.* Mensuram angulorum determinare, eaque omnes angulos tam in campo metiri, quam in chartam transferre. *Probl. V.* Mensuram pro superficiebus emensurandis assignare. *Probl. VI.* Mensuram solidorum seu corporum & doliorum determinare.

Cum tota Geometria circa extensa mensuranda versetur, hæc mensuræ prius sunt constituendæ.

A

The